



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniversalis Historiæ Ecclesiasticæ Medvlla

Pareus, Daniel

Francofurti, 1633

Theophilvs Colonivs Ecclesiæ Metensis Pastor Viro Clarißimo Philippo
Pareo Dav. Fil.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64973)

Johannes Henricus Beyerberg. 1649.

Johannes Baptista Beyerberg. 1645

Philippus Wilhelmus Beyerberg. 1647



THEOPHILVS
COLONIUS
Ecclesiæ Metensis
Pastor

Viro Clarissimo

PHILIPPO PAREO
Dav. Fil.

Salutem à Domino.

Reverende, Clarissime Domine: Cum
nuper ad Dn. Rotarium, fratrem &
amicum honorandum, literas darem, i-
psum tibi plurimam salutem meo nomine
ut impertiretur, rogavi. Ex cuius responso
cogno-

cognoui, hoc officio illum probe defun-
ctum: quod sane mihi gratissimum fuit:
praesertim cum tibi significarit, mihi ve-
hementer probari doctissimi filij tui labo-
res, summoque apud me esse pretio librum
eius, cui titulus est Medulla vniuersalis
historiae profanae. Ipsum praeterea roga-
bam, ut illi suaderet historiam Eccle-
siasticam eadem methodo comprehende-
re: ex cuius litteris video, Deum hunc a-
nimum illi indidisse, in eaque valde iam
esse prouectum: unde maximam percepi
voluptatem, adeoque gestio, auideque ex-
specto hoc opus. Primus eius labor cum
plausu exceptus est, eique Deus benedixit:
spes est igitur fore, ut hic secundus eun-
dem sortiatur exitum, imo feliciorum:
quia in Historia Ecclesiastica multa sunt
consideratione dignissima, vsuque pra-
stantissima. Quin etiam hoc pacto tum o-
pus Deo gratum praestabit, tum sibi decus
nami-

nominisque celebritatem magis ac magis
apud doctos conciliabit. Hunc meum can-
dorem scribendique libertatem, quæso æ-
qui bonique consulas. Abs humanitate
tua hoc ut impetraturum me confidam,
efficit recordatio honorifica parentis tui p.
m. cuius discipulum me fuisse glorior, cum
è Collegio SAPIENTIAE promoue-
retur, ut succederet in locum Doctoris KI-
MEDONCII, quem etiam docentem au-
diui. Tecum familiariter versari mihi da-
tum non fuit, te tamen vidisse, audisse pu-
blice in Academia disputantem Heidel-
berga & Basilea, quoad viuam, iucun-
dam conseruabo memoriam. Dei eximia
in te dona colo. Seruo in Museo plurima
monumenta ingenij tui. Habeo simili-
ter parentis tui ^{non} ~~non~~ ^{non} ~~non~~ opera Theo-
logica, quæ in oculis fero, ex quibus
nihil mihi deest, præter Commenta-
rium in sanctum Matthæum, quem
enixe

enixe expeto , futurum mihi ex usu
non mediocri , Evangelium S. Mar-
ci in hac Ecclesia exponenti : sed haud
scio an seorsim vaneat à ceteris eius o-
peribus , quæ coniunctim curasti excu-
denda. Ceterum ad honorandum Do-
minum filium tuum ut reuertar , te et-
iam atque etiam rogo , ut hac epistola
ipsi tradatur legenda , eique significes,
me paratum esse ad omnia officia ipsi de-
ferenda , & præstanda. Eadem tibi,
Reverende vir , offero , quem suspicio-
rum ob præclaras animi dotes, tum ob no-
men , quo decoraris : adeo ut tuis pa-
rere mandatis semper gratissimum mihi
fuerit : quod reapse experieris , quan-
do experiri cunque placuerit. Interea
DEVM O. M. supplex veneror oro-
que , ut novis subinde benedictionibus
te tuosque locupletet , tibi que omnia
prospe-

prospera & felicia cumulatissime largiri
dignetur. Dabam Metis a. d. 18. Se-
ptembr. 1631.

Philippus & exa^{tra} ~~tra~~ ^{tra} Diaroras

~~da~~ ^{da} ~~avv~~ ^{avv} Colos: 3.

Philippus Guilielmus Benere
ry. Meisenheimensis Anno

1660 die 7

July

DANIEL

Omni^{bus} in rebus mihi S. adiu^{tu}

Suo possim ^{stare} ~~stare~~ ^{semp} ~~semp~~ ^{aderte} ~~aderte~~ ^{meis} ~~meis~~.

Omnia ^{sy} ~~sy~~ ^{dar} ~~dar ^{famam} ~~famam ^{se} ~~se~~ ^{uare} ~~uare~~ ^{me} ~~me ^{entis} ~~entis~~~~~~~~

Hac ^{im} ~~im ^o ~~o ^u ~~u ^{al} ~~al ^{er} ~~er ^{re} ~~re ^{so} ~~so ^{la} ~~la ^{po} ~~po ^{tes} ~~tes.~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~